



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

De Proudentia Cap. xxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

304 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

condere non debemus, ne alienis moribus uarijs usibusque faciliter腐
usque corruptatur. Cum autem per decem milia passuum distet
a mari, portuosaque optime sit, nec utilitate iocunditateque maris
omnino priuatur, nec ita facile moribus alienis repleta, nequitiam
souebit.

De Prudentia.

CAPVT XXVIII.

VNdecimo autē de legib⁹ omnium rerum minimarum
etiam curā & gubernationem deo creatori attribuit, im-
pietatisq⁹ crimen illos accusat, qui non agi gubernariq⁹
omnia diuinitus putarit. Primum enim inquit deum iam
ambo conceditis, uidere, audire, scireq⁹ uniuersa, nihilq⁹ ipsum pe-
nitus effugere atque latere posse. Est ne ita inquit, an aliter? Ita pro-
fus. Quid porro posse ne deum omnia concedimus, an contra, nō
est negandum inquit omnia deo possibilia esse, optimum autē esse
omnes concorditer iam concessimus. Nonne igitur desidia qua-
dam ocioq⁹ pernicioſo teneri deus uidebitur, si cum possit & sciat,
uniuersum gubernare negligit? Rectissime id abste dicendum est
inquit. Deum igitur putare debemus quanto melior/potentior q⁹
cæteris est, immo uero potentissimus atque optimus & sapientissi-
mus, omnibus simul prouidere. Non enim fas est aliter omnino op-
nari, falsumq⁹ omnino est, non habere curam artificem his de rebus,
quas artificio suo effecit. Et post pauca. Nulla inquit mundi peri-
cula dei prouidentia effugit: nam cum pars totius gratia, nō totum
partis factum sit, nullus pene totum gubernat, nisi parti quoq⁹ pro-
uideat. Et post aliqua. Nec enim negligenter recte faciens, nec si in
profundum terræ deueneris, aut si in cœlum euolaueris, sed suppli-
cio congruenti uexaberis, aut hic, aut apud inferos, quod mihi de il-
lis etiam dictum putato, quos tu quoniam magnos de paruis scele-
re quodam evasisse uidisti, a miseria in beatitudinem uenisse dice-
bas. Hæc nonne similia illis sunt? Quo ibo a spiritu tuo? & ubi a fa-
cie tua me abscondam? Si ascendero in cœlum, tu illuc es, si descen-
dero ad infernum, ades. Si sumpero pennas uentoq⁹, &
habitauero in extremis maris: Etenim illuc
manus tua deducet me.

EVSEBI

